

USR EMILIA-ROMAGNA (CUSL CONSULTA UNIVERSITARIA DI STUDI LATINI)
CERTIFICAZIONE DELLE COMPETENZE IN LINGUA LATINA 2025
LIVELLO A - modello EULALIA

Tempo di esecuzione di 90 minuti, senza dizionario

Pars prior

Multi reges ab origine mundi in Italia imperium habuerunt

Summarium

Multi reges in antiqua Italia regnaverunt. Primus fuit Ianus, secundus Saturnus. Saturnus, filium suum timens, e Graecia in Italiam fugit. Hic nomen suum Saturniae urbi dedit et terram a verbo 'latere' Latium appellavit. Illos feros populos humaniores fecit, enim agrum colere, domum habere, aere uti coeperunt. Postea Picus, Faunus et deinde Latinus regnum tenuerunt. Latino in Italia regnante, Troia a Graecis capta est, in Palestina Labdon, in Assyria Tautanes, in Aegypto Thous imperium habuerunt.

1	Primus in Italia ¹ , ut quibusdam placet, regnavit ² Ianus ³ . Deinde regnavit Saturnus ⁴ ,
2	Iovem ⁵ filium e Graecia ⁶ fugiens, in civitate, quae ex eius nomine Saturnia ⁷ dicta est,
3	cuius ruinae hactenus ⁸ cernuntur in finibus Tusciae ⁹ haud procul ab Urbe ¹⁰ . Quia hic
4	Saturnus in Italia latuit, ab eius latebra ¹¹ Latium ¹² appellata est. Ipse etenim ¹³ adhuc
5	rudes ¹⁴ populos domos aedificare ¹⁵ , terras incolere ¹⁶ , plantare ¹⁷ vineas ¹⁸ docuit atque
6	humanis moribus vivere, cum antea ¹⁹ semiferi ²⁰ glandium ²¹ tantummodo ²² alimentis ²³
7	vitam sustentarent ²⁴ et aut in speluncis ²⁵ aut frondibus virgultisque contextis casulis ²⁶
8	habitarent ²⁷ . Ipse etiam eis nummos aereos ²⁸ primus instituit. Pro quibus meritis ²⁹ ab
9	indocili et rustica ³⁰ multitudine deus appellatus est. Post hunc regnavit Picus ³¹ eius filius,
10	de quo fabulose dicitur ³² , quod a quadam famosissima ³³ maga ³⁴ Circe ³⁵ nomine ob
11	contemptum ³⁶ eius amorem in avem ³⁷ sui nominis sit mutatus. Post hunc regnavit eius
12	filius Faunus ³⁸ , qui fuit pater Latini ³⁹ , cuius mater Carmentis Nicostrata ⁴⁰ creditur
13	Latinas litteras ⁴¹ repperisse; quibus regnantibus centum quinquaginta ⁴² anni referuntur
14	evoluti ⁴³ . Regnante tamen Latino, qui Latinam linguam correxit ⁴⁴ et Latinos de suo
15	nomine appellavit, Troia ⁴⁵ a Graecis ⁴⁶ capta est, cum apud Hebraeos ⁴⁷ Labdon ⁴⁸ tertium
16	sui principatus annum ageret ⁴⁹ et apud Assyrios ⁵⁰ Tautanes ⁵¹ , apud Aegyptios ⁵²
17	Thous ⁵³ regnaret.

1 **Italia**: Italia, -ae

2 **regnavit**: regno, -as, -avi, -atum, -are: (fuit rex)

3 **Ianus**: Ianus, -i

4 **Saturnus**: Saturnus, -i

5 **Iovem**: Iuppiter, Iovis

6 **Graecia**: Graecia, -ae

7 **Saturnia**: Saturnia, -ae

8 **hactenus**: etiam nunc

9 **Tusciae**: Tuscia, -ae

10 **Urbe**: (Roma, -ae)


11 **latebra**: latebra, -ae (locus in quo aliquis se tegere potest)



12 **Latium**: Latium, -ii

13 **etenim**: enim

- 14 **rudes**: rudis, -e (asper, duri)
 15 **aedificare**: aedifico, -as, -avi, -atum, -are (instruere)
 16 **incolere**: incolo, -is, -colui, incultum, -ere (colere)
 17 **plantare**: planto, -as, -avi, -atum, -are (in terra ponere)
 18 **vineas**: vinea, -ae (arbor ex cuius fructibus homines vinum ferunt)
 19 **antea**: ante
 20 **semiferi**: semifer, -fera, -um (quasi feri, quasi saevi)
 21 **glandium**: glans, glandis




- 22 **tantummodo**: solum
 23 **alimentis**: alimentum, -i (cibus)
 24 **vitam sustentarent**: sustento, -as, -avi, -tum, -are (vix viverent)
 25 **speluncis**: spelunca, -ae, vedi nota 11
 26 **frondibus virgultisque contextis casulis**:



- 27 **habitarent**: habito, -as, -avi, -um, -are (viverent)
 28 **nummos aereos**: pecuniam ex aere factam
 29 **Pro quibus meritis**: Et pro his egregis facinoris
 30 **indocili et rustica**: indocilis, -e; rusticus, -a, -um (fera)
 31 **Picus**: Picus, -i

- 32 **de quo fabulose dicitur**: de quo homines facta egregia, nova narrant
 33 **famosissima**: famosus, -a, -um (notissima)
 34 **maga**:



- 35 **Circe**: Circe, -es.
 36 **contemptum**: contemptus, -us (modus eius qui aliquem contemnit)
 37 **avem**: avis, -is



- 38 **Faunus**: Faunus, -i
 39 **Latini**: Latinus, -i
 40 **Carmentis Nicostrata**: Carmentis, -is; Nicostrata, -ae
 41 **Latinas**: Latinus, -a, -um (de lingua Latina)
 42 **centum quinquaginta**: 150
 43 **evoluti**: evolvo, -is, evolvi, evolutum, evolvere (transisse)
 44 **correxit**: corrigo, -is, correxi, correctum, corrigere (errores linguae sustulit)
 45 **Troia**: Troia, -ae
 46 **Graecis**: Graeci, -orum
 47 **Hebraeos**: Hebraei, -orum
 48 **Labdon**: Labdon (Hebraeorum rex)
 49 **tertium sui principatus annum ageret**: principatus, -us (in III anno sui regni esset)
 50 **Assyrios**: Assyrii, -orum
 51 **Tautanes**: Tautanes (Assyriorum rex)
 52 **Aegyptios**: Aegyptius, -ii
 53 **Thous**: Thous (Aegyptiorum rex)

1. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il numero del termine mancante. Attenzione: le parole sono in numero superiore a quello necessario (8 punti).

Dicunt Ianum primum Italiae _____ fuisse. Post eum regnavit Saturnus, _____ Iovem filium fugit et e Graecia in Italiam se contulit, in civitatem prope Romam, cui nomen fuit Saturnia: _____ urbis ruinae etiam nunc cerni _____. Saturnus primos homines, qui antea feri erant et solum edebant cibos quos in silvis inveniebant, docuit _____ colere, domus instruere, bonis moribus vivere, pecunia uti. Pro omnibus his donis ab _____ ferocibus eius regionis deus appellatus est. Narrant Picum post eum _____. Eum Circe in avem

mutavit, quia eius amorem non probaverat. Postea fuit rex Latinus, Fauni et Carmentis Nicostratae filius. Dicunt Latini matrem Latinas litteras repperisse et ex regis Latini _____ Latii cives Latini appellati sunt. Is e Latino sermone errores sustulit.

1 regem	3 agris	5 huius	7 quibus
16 qui	14 hunc	12 homines	10 rex
2 potest	4 hominibus	6 regnare	8 agros
15 nomine	13 regnavisse	11 possunt	9 nominis

2. Leggi le seguenti informazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA SCEGLIENDO TRA **VERUM/FALSUM/NON LIQUET (7 punti)**.

1. Iuppiter filium suum ab Italia pepulit	V	F	NL
2. Saturnia urbs multum a Roma abest	V	F	NL
3. Antequam in Italiam Saturnus venit, antiqui homines tantum terrae fructus edebant	V	F	NL
4. Saturno regnante, homines antiqui animalia pascere coeperunt	V	F	NL
5. Picus rex Circem multum amavit	V	F	NL
6. Dicunt Latinum Nicostratae filium fuisse	V	F	NL
7. Latinus occisus est senex	V	F	NL

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte E RIPORTA LA LETTERA CORRISPONDENTE NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (**N.B.: Fa fede solo quanto trascritto nella tabella**) (5 punti)

1. Ubi civitatis Saturniae ruinae cernuntur?

- In Urbis finibus, haud procul a Tuscia.
- In Graeciae finibus, haud procul ab Urbe.
- In Tusciae finibus, procul ab Urbe.
- In Tuscia prope Urbem.

2. Cur Latium sic appellatum est?

- Quia Iuppiter, patrem fugiens, hic latuit.
- Quia Saturni latebra hic fuit.
- Quia Saturnus hic se latere dixit.
- Quia Saturnus et Iuppiter hic latuerunt.

3. Cur Saturnus a rustica multitudine deus appellatus est?

- Quia Saturnus multitudinem in altis cavernis collocavit.
- Quia Saturnus multitudinem glandibus vitam sustentare docuit.

- c. Quia Saturnus nummos ex argento primus invenit.
- d. Quia multa illius merita fuerunt.

4. Cur Picus, Saturni filius, in avem sui nominis mutatus est?

- a. Quia Circes amore captus a maga necatus est.
- b. Quia Circe eius amore capta illum necavit.
- c. Quia Circes amori non respondit.
- d. Quia Circes sacram avem necavit.

5. Quid fecit Latinus cum regnaret?

- a. Latinis nomen de se dedit.
- b. Troiam, Fauno regnante, cepit.
- c. Latinas litteras invenit.
- d. Latinos de filio Fauno appellavit.

1	2	3	4	5

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte e **RIPORTA LA LETTERA CORRISPONDENTE NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: Fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti).**

1. (r. 3) hic è: a. avverbio b. pronome c. aggettivo d. preposizione 2. (r. 6) cum è: a. preposizione b. avverbio c. congiunzione d. pronome 3. (r. 8) habitarent: a. congiuntivo perfetto b. futuro semplice c. congiuntivo imperfetto d. congiuntivo presente 4. (r. 9) hunc è: a. aggettivo indefinito b. pronome dimostrativo c. avverbio di moto da luogo d. aggettivo dimostrativo	5. (r. 9) eius è riferito a: a. Giove b. Saturno c. Circe d. Nessuno di questi 6. (r. 13) repperisse è: a. un congiuntivo piuccheperfetto b. un infinito perfetto passivo c. un infinito perfetto attivo d. un perfetto indicativo 7. (r. 14) regnante è: a. participio congiunto b. sostantivo in caso ablativo singolare c. aggettivo in caso ablativo singolare d. participio di un ablativo assoluto 8. (r. 16) principatus è: a. in caso nominativo singolare b. in caso accusativo plurale c. in caso nominativo plurale d. in caso genitivo singolare
--	--

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni/ sintagmi preposizionali secondo quanto suggerito (4 punti).

A. Primus in Italia, ut quibusdam placet, **regnavit** Ianus.

Primum in Italia _____ Ianum quibusdam placet.

(regno, -as, -avi, -atum, -are)

B. Deinde regnavit Saturnus... in civitate, **quae** ex eius nomine Saturnia **dicta est**.

Deinde regnavit Saturnus... in civitate, ex eius nomine Saturnia _____

(dico, -is, dixi, dictum, dicere)

C. **Quia** hic Saturnus in Italia **latuit**, ab eius latebra Latium appellata est.

Cum hic Saturnus in Italia _____, ab eius latebra Latium appellata est.

(lateo, -es, latui, latere)

D. **Regnante** tamen Latino, ... Troia a Graecis capta est.

Dum tamen Latinus _____, Troia a Graecis capta est.

(regno, -as, -avi, -atum, -are)

Pars altera

Post Troiae exitium Troianus Aeneas et eius duo filii regnum habuerunt

Summarium

A Troia capta in Italiam venit Aeneas. Hic Turnus, Tuscorum regis filius, Latini filiam Laviniam uxorem sibi ducere volebat, sed Aeneas eum bello interfecit, Laviniam rapuit et rex factus est. Post eius mortem regnum obtinuit Ascanius, ex Aenea et Troiana uxore natus, qui Albam Longam condidit. Ille fratrem suum Silvium Postumum, ex Aenea et Italica uxore natum, magna diligentia curavit atque post multos annos ei regnum reliquit. Iulius enim, Ascanii filius, qui gentem Iuliam condidit, adhuc puer erat.

Capta igitur **Troia**¹, **Aeneas**² **Veneris**³ et **Anchisae**⁴ filius ad **Italiam**⁵ venit anno tertio post Troiae excidium⁶. Cum **Turno**⁷ **Dauni**⁸ **Tuscorum**⁹ regis filio **dimicans**¹⁰, eum **interemit**¹¹ eiusque **sponsam**¹² **Laviniam**¹³ **Latini**¹⁴ regis filiam in **coniugium accepit**¹⁵, de cuius etiam nomine **Lavinium**¹⁶ oppidum, quod **construxerat**¹⁷, appellavit. Regnavit igitur Aeneas Latinis annis tribus. **Quo vita decedente**¹⁸, regnum suscepit **Ascanius**¹⁹, **qui et Iulius**²⁰, eiusdem Aeneae filius, quem apud Troiam ex **Creusa**²¹ coniuge genuerat et **secum**²² in Italiam veniens adduxerat. **Qui**²³ Ascanius, **derelicto**²⁴ **novercae**²⁵ suae Laviniae **regno**²⁴, **Albam Longam**²⁶ condidit et **Silvium Postumum**²⁷ fratrem suum, Aeneae ex Lavinia filium, summa pietate **educavit**²⁸. Deinde Ascanius Iulium filium **procreavit**²⁹ a quo familia Iuliorum **exorta est**³⁰. **Parvulus quia necdum regendis civibus idoneus erat**³¹, Ascanius, cum **XXXVIII**³² annis **regnasset**³³, Silvium Postumum fratrem suum **regni reliquit heredem**³⁴.

1 **Troia**: Troia, -ae

2 **Aeneas**: Aeneas, -ae

3 **Veneris**: Venus, -eris

4 **Anchisae**: Anchises, -ae

5 **Italiam**: Italia, -ae

6 **excidium**: (ruinam)

7 **Turno**: Turnus, -i

8 **Dauni**: Daunus, -i, (rex, qui in Italia vivebat)

9 **Tuscorum**: Tusci, -orum, (Italicus populus)

10 **dimicans**: dimico, -as, -avi, -atum, -are

(pugnans)

11 **interemit**: interimo, -is, -emi, -emptum / -emtum, -ēre (occidit)

12 **sponsam**: (coniugem)

13 **Laviniam**: Lavinia, -ae

14 **Latini**: Latinus, -i

15 **coniugium accepit**: (eam uxorem duxit)

16 **Lavinium**: Lavinium, -ii (oppidum, quod apud litora Latii erat)

17 **construxerat**: construo, -is, -struxi, -structum, -ēre (fecerat)

18 **Quo vita decedente**: (Et cum Aeneas mortuus esset)

19 **Ascanius**: Ascanius, -ii (Aeneae filius)

20 **qui et Iulius**: qui etiam Iulius appellatus est (Iulius, -ii)

21 **Creusa**: Creusa, -ae

22 **secum**: cum se

23 **Qui**: Et is

24 **derelicto... regno**: (relicto regno)

25 **novercae**: noverca, -ae (dominae, quae non Ascanii mater, sed eius patris uxor erat)

26 **Albam Longam**: Alba Longa, Albae Longae (oppidum quod in Latio erat)

27 **Silvium Postumum**: Silvius, -ii (qui Postumus appellatus est, quia post patris mortem natus erat).

28 **educavit**: educo, -as, -avi, -atum, -are (aluit et instituit)



29 **procreavit**: procreo, -as, -avi, -atum, -are (genuit)



30 **exorta est**: exorior, -eris, -ortus sum, -iri

(nata est)

31 **Quia... erat**: (quia puer adhuc regnare non poterat)

32 **XXXVIII**: 38

33 **regnasset**: regno, -as, -avi, -atum, -are (regnavisset)

34 **regni... heredem**: heres, -edis (regnum ei tradidit)

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti).

Post Troiam captam, Aeneas, Venere ac Anchise genitus, in Italiam pervenit. Ibi, cum contra Turnum regis eius regionis filium _____ et eum vicisset, Laviniam uxorem duxit, quae filia regis Latini erat. Ille urbem condidit et ei nomen dedit Lavinium, a nomine suae sponsae _____. Mortuo Aenea tres post annos, obtinuit regnum filius Ascanius, qui prima uxore Creusa natus erat et a patre Aenea ad Italiam _____. Ascanius imperium Laviniae tradidit, ipse novum oppidum Albam Longam aedificavit; maximas curas habuit in fratre suo Silvio Postumo _____ patre Aenea et Lavinia natus erat. Ab Ascanio natus est Iulius a quo gens Iulia orta est. Cum Iulius, puer parvae aetatis, _____ regere non posset, pater Ascanius, peracto regno XXXVIII annos, fratri suo Silvio Postumo _____ regni dedit.

potestas, -atis

qui, quae, quod

duco, -is, duxi, ductum, -ěre

sumo, -is, sumpsi, sumptum, ěre

civitas, -atis

pugno, -as, -avi, -atum, -are.

7. Trasforma le proposizioni /sintagmi preposizionali secondo quanto suggerito (6 punti).

A. Aeneas Veneris et Anchisae filius ad Italiam venit anno tertio **post** Troiae **excidium**

Aeneas Veneris et Anchisae filius venit anno tertio **postquam** Troia _____

(exscindo, -is, exscidi, exscissum, -ěre)

B. Laviniam... in coniugium accepit, de cuius etiam nomine Lavinium oppidum, **quod construxerat**, appellavit.

Laviniam... in coniugium accepit, de cuius etiam nomine Lavinium oppidum, a se _____, appellavit

(construo, -is, construxi, constructum, -ěre)

C. Quo vita **decedente**, regnum suscepit Ascanius.

Ubi is vita _____, regnum suscepit Ascanius.

(decedo, -is, decessi, decessum, -ěre)

D. Ascanius Iulium filium procreavit, a quo familia Iuliorum **exorta est**.

Ascanius Iulium filium procreavit, a quo familiam Iuliorum _____ notum est.

(exorior, -ēris, exortus sum, -īri)

E. Parvulus quia necdum **regendis** civibus idoneus erat, Ascanius... Silvium Postumum fratrem suum regni reliquit heredem.

Parvulus quia necdum ad cives _____ idoneus erat, Ascanius... Silvium Postumum fratrem suum regni reliquit heredem.

(rego, -is, rexi, rectum, -ēre)

F. Ascanius, cum XXXVIII annis **regnasset**, Silvium Postumum fratrem suum regni reliquit heredem.

Ascanius, **qui** XXXVIII annis _____, Silvium Postumum fratrem suum regni reliquit heredem.

(regno, -as, -avi, -atum, -are)